

animae facultatis effectus, & Satanae ipsius praenunciatio-  
nes in Gentilibus ipsis & Oraculorum historiis deprehen-  
damus. Reliqua quae videntur revelationem *aliquam di-  
vinam* sapere, aut *sagacitati mentis naturali*, aut etiam in  
homine pio *applicationi individuali eorum*, quae ex verbo  
DEI audivit vel legit, ab anima interdum in somno quo-  
que peragenda, aut *phantasiae multis modis corruptae* ac  
per conceptus, nunc bonos nunc pravos, nimium cumula-  
tos, confusae, aut *Satanae ἐνεργεία*, (quem Scriptura di-  
cit opus suum exercere in hominibus, id quod de Angelis  
non asserit,) adscribenda esse merito censemus, ita ut Deo  
arbitrium *permissionis, immissionis, directionis* integrum ma-  
nere, *actualem vero & immediatam* revelationem ipsius hic  
intercedere, idoneis argumentis demonstrari nequaquam  
posse credamus.

## §. V.

Intra hos etiam terminos videntur nostri etiam dissen-  
tientes subsistere velle, Hieraus sehen wir nun / daß die künff-  
tigen Fata des gemeinen Wesens / und fürnehmlich der Kirchen  
insgemein und insonderheit / wie auch die besondere Begeben-  
heiten / Zufälle und Umstände gewisser Orter Familien und  
Personen / es sey nun unter Göttlicher Tröstung auf Erret-  
tung / oder unter Andrenung auf Straff-Gerichte / oder auch  
auf andere besondere Leitungen / angesehen / zum eigentlichen  
Object unmittelbahren Offenbahrungen übrig bleiben / p. 63.  
Protinus vero apparet lectori prudenti intra hos cancellos  
quos dedimus, se eos non continere, nam cum alioqui *cre-  
denda & agenda* nobiscum ex censu immediatarum revela-  
tionum removerint, attamen illa I. Nunc *simul in revela-  
tiones rursus intrudi* quis non videt? Es sey nun unter  
Göttlicher Tröstung auf Errettung / oder Aenderung auf  
Straff-Gerichte / oder auch auf besondere Leitung. Plus  
enim